

1183 Stragoviensis ecclesia necnon et Lidomisiensis, quam appellavit Montem Oliveti, insuper et Gradissensis<sup>1</sup> in Olomuc restaurata per ordinem nostrum, quem illic introduxit, cuius elemosinas enarrabit non modo Syloensis, sed et omnis ecclesia sanctorum.

Prefuit autem ecclesiae sanctae Dei pastor et episcopus annis 24 et beato fine dormivit cum patribus suis sepultusque est in ecclesia montis Syon sicut semper optaverat. Pro cuius felici commemoratione abbas Godscalcus sollempne seroitium instituit fratribus suis in anniversario eiusdem, non solum in his, quae sunt ad Deum, sed etiam in carnalibus, verbe gratia medone, piscibus, albo pane et luttuiniodi. Cuius anima requiescat in pace, amen.

Facta rememoratione memorandi antistitis occasione Godscalci abbatis revertor unde digressus sum dic-

surus de vita ipsius necnon et de morte preciosa, cf. Psal. 115

quod ille dederit, cui fideliter servivit. Parum est, quidquid de vita eius supra dixi, parum, quidquid modo addidero. Qui ab utero matris suae baptismalem tunicam conservasse creditur immaculata, qui ex quo portum monasterii adiit, a prima devotione nequaquam refrigit sicut heu nulli faciunt, qui caritate Christi vulneratus et cantando canticum graduum<sup>2</sup> ibat semper proficiendo de

1) Graditz b. Olmütz, von Grunitz aus vormal. Bistumskirche - in  
 ein fürwahr kostbares Reliquarium verwandelt. Bezü. Bucholz 245f.

2) T. Dan. T. 145.

quam ille dedit  
 homo. dicitur.